



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Conferentia LIV. De involuntario ex violentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41214

Ratio est: quia in talem pœnam ignorans nullo modō censetur consentire, si legem transgrediatur, ut si peregrinus transeat per regionem, in qua sub pœna mortis prohibita est venatio ferarum; non erit tantā afficiendus pœnā, si legem notam quidem violet, sed ignorans gravitatem pœnæ. Unde bene relavit Sanch. l. 4. in Decalog. c. 22. n. 19. Si quis vovit non fornicari sub pœna profitendi Religionem, & posteā memor quidem voti, atimē memor pœnæ, fornicetur, non obligabitur ad pœnam; quia est exorbitans.

CONFERTIA LIV.

De involuntario ex violentia.

78. *Violentum & coactum* in proposito dicitur, quod fit à principio extrinsecō voluntatis contra ejus naturalem vel elicitam inclinationem; ut potè voluntate cooperante vel consentiente, sed potius resistente ac nolente; ut si quis violenter aperto ore, vinoque affuso inebrietur, renitente voluntate: aut inclusus cogitur negligere sacram: aut trahitur ad idola adoranda, per vim curvata genibus prosternitur, manūisque cum thure prænis admoventur &c.

RESOLUTIO: *Violentum seu coactum, non in actibus voluntatis elicitis, sed imperatis tantum, tollit omne voluntarium, omnemque culparum.* Est certa pud omnes.

Ratio est: quia in actibus eliciti repugnat violentari voluntatem: etenim violentum est à principio extrinseco, & contra inclinationem passi atqui omnis actus elictus voluntatis est à principio

ans nullo
reditat; quas sub
m; non
tam qui-
x. U.
22. n. 19.
rofitandi
ti, atim-
abitur ad

dicitur
oluntatis
ationem;
cient, sed
violenter
renitente
facrum:
curvata
ure pro-

n, non in
um, telli-
st certa
gnat vio-
st à prin-
m paffi-
t à prin-
plo

pio intrinseco ipsius voluntatis, & vel maximè secundum inclinationem illius in objectum: si unum horum desit, hoc ipso non erit actus elicitus voluntatis: consequenter voluntas quoad actus elicitos non potest esse involuntaria; sed solum in actibus imperatis aliarum potentiarum, præsertim externarum, quantum contra inclinationem & imperium potentiarum volitivæ, membra externa possunt ab extrinseco principio compelli ad agendum, non agendum, vel patiendum aliquid, ut patet ex exemplis allatis de compulso ad ebrietaem: de vi tracto ad idola doranda: de Virgine vi oppressa &c. quæ proinde vis externa tollit omne voluntarium, utpote voluntate minimè cooperante, sed omnimodè resistente & renitente.

CONFERTIA LV.

De Metu.

79. **M**etus definitur à Jurista l. I. ff. de eo, quod metus causa, quod sit instantis vel futuri mali causâ mentis trepidatio. Adeoque agere ex metu, est ex timore mali imminetis vel futuri aliquid agere, quod alias non ageret.

Metus sic definitus alius est ab extrinseco, cùm quis ad avertendum aliquod malum à causis naturalibus vel fortuitis iminens quidpiam agit, alias non aeturus. Ut si metu naufragii merces ē navis projicias: peregrinationem voveas &c. Metus ab intrinseco incussus dicitur, qui à causa libera, seu ab alio homine directe incutitur ad agendum aliquid, quod alter alias nollet: isque potest esse vel iusfus, incussus scilicet à persona, quæ justè potest